INSCRIPTIONES VETERES IN HISPANIA REPERTÆ;

AB ADOLPHO OCCONE MEDICO AVGVSTANO

COLLECTÆ, DIGESTÆ, ET NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITÆ:

AD GENEROSVM ET ILLVSTREM COMITEM MARCVM FVGGERVM.

E TYPOGRAPHEIO H. COMMELINI,

CIϽ IϽ XCVI.

ILLVSTRI ET GENEROSO
COMITI, DOM. MARCO FVGGERO,
DOMINO IN KIRCHBERG ET VVEISSENHORN,
Dom. & Mæcenati ſuo colendo, Adolphus Occo S.

HAbes tandem, Illuſtris & Generoſe Dom. M. Fuggere, Inſcriptiones Romanas per Hiſpaniam magno labore & diligentia hinc inde conquiſitas, nonnullas etiam ab amicis, qui earum αὐτόπται fuerunt, liberaliter mihi communicatas; pleraſque tamen ex doctiſſimi viri Ambroſii Moralis Hiſpaniarum regis Philippi hiſtorici libris, (quos beneficio G.T. tandem ſum nactus) ea quæ in rebus eiuſmodi requiritur, fide, deſcriptas. Quas qui cum Apianicis conferre voluerit, facile reperiet, haſce meas non ſolum eſſe plures, ſed etiam integriores & emendatiores. Inueni tamen in Apiano paucas quasdam, quas aliunde habere non potueram. Eas, ne quicquam ab Antiquitatis ſtudioſis deſideraretur, huic quoque libello inſerui, vt is quàm perfectiſſimus in lucē prodiret. Nihil nunc dico de dignitate huius ſtudii, quàm illud cum omnib. ingenuis hominibus, tum vel potiſſimum principibus viris conueniat: nihil de vtilitate & voluptate, quę inde percipitur; quod ea ab aliis ſunt copioſe tractata, & G.T. probe cognita. Vnum hoc addo, haſce inſcriptiones non parum facere ad interpretationem multorum nummorum Auguſti, Tiberij, & Caij Impp. a quibus coloniæ magna ex parte in Hiſpanias deductæ ſunt, vt C C A quod aliqui interpretati ſunt, Colonia Carthago noua, cum interpretari debuiſſent, Colonia Cæſar Auguſta, & M C I Municipium Calaguris Iulia, atque id genus alia à paucis hactenus obſeruata. Quin etiam pulcherrimæ inſcriptiones in iis continentur, quas G.T. magna ex parte, dum Hiſpanias peragraret, & vidit ipſa, & obſeruauit: ſicut inſcriptiones pontium Alcantharæ modo dictæ, prope Luſitaniam, & Chaues in Galicia, vt Hiſpani modo nominant: quæ ſane pulcherrima & admiranda Romanorum opera ac monumenta, in hodiernum vſque diem integra & illibata tot ſæculorum interuallo conſpiciuntur, ad finem vſque mundi, & extremi huius ſæculi conſumationem, puto, perduratura. Inter reliquas porrò inſcriptiones, vna valde miranda cernitur in Cataloniæ loco qui olim Vicus Aquarius, hodie Vique appellatur, cuiusdam Auli Mæuij Romani, qui poſt duodecim ſorores poſthumus ex vtero matris extinctæ reſectus, multis honoribus in vita perfunctus, ad ſummam ſenectutem peruenit. Factum id eſt Lucullo Coſ. vt ſaxum teſtatur. Hanc piam (vt ita dixerim) crudelitatem, ſi nobis etiam noſtro æuo exercere liceret: multi omnino infantes in lucem producerentur, qui ea prius priuantur quàm aſpexerint: & memini me aliquando huiusmodi caſui, vbi ſectio locum habere potuiſſet, in iuuentute mea interfuiſſe. Verum hæc πάρεργα ſunt, neque noſtri eſt inſtituti diutius in his inſiſtere. Vt igitur eò vnde digreſſus ſum reuertar: peto ab Illuſtri ac G. dominatione tua, vt inſcriptiones illas, quæ non tam meæ ſunt, quàm G.T. per ocium euoluere dignetur. Reperiet ea ſane multas ſcitu non indignas, & voluptatem non paruam allaturas. Ego iis colligendis & diſponendis ſemeſtre ferè conſumpſi, vt notum eſt G.T. cuius libros Hiſpanica lingua conſcriptos, præter expectationem & voluntatem meam diutius detinui. Accipe igitur Illuſtris ac Generoſe Dom. Marce Fuggere meę erga G.T. voluntatis ἐνέχυρον & pignus, tātiſper dum ocium mihi detur & occaſio meam erga G.T. gratitudinem & obſeruantiam grauiori aliquo munere declarādi: ſi quidem Deus opt. max. omnium bonorum autor & largitor diuturniorem mihi vitam conceſſerit. Valeat G.T. & ſolito fauore ac clementia, ſicut huc vſq;, ita in poſterum etiam me proſequatur. Ex muſeo noſtro, Anno ſalutis M D XXCV, XI Cal. Iunij, quo die Conſtantinus M. Imp. dum in Perſas bellū molitur, febre correptus, Acironæ villa iuxta Nicomediam, anno Imperii 32, ætatis 66, diem ſuum obiit, conſtitutis ante tribus filiis Cæſarib. ſucceſſoribus, Anno poſt Chriſtum natum 336.

IN ADOLPHI OCCONIS MEDICI ANTIQVITATES HISPANICAS EPIGRAMMATA.

IN *lucem e tenebris nuper monumenta reduxit*
Romana Adolphus hic meus,
Arte Machaonia præstans: inuenta per oras
Monumenta nunc Hispanicas.
Idem etiam promit docto spirantia cælo,
Eademque iunctis insuper
Explicat historiis, animo sincerus & ore:
Laborum & abs te præmia,
Lector, nulla petit, nisi candidus ista legendo
Vitam preceris vt seni
Tranquillam in terris, & Olympica regna sepulto:
Idem quod optat omnibus.

Ioannis Posthii archiatri Palatini.

HESPERIA *in magna qui cusa numismata pridem*
Edidit, Augusta hinc conditor historia;
Nunc Titulos omnes nobis, Tumulosque dat idem,
Hesperia in parua quot reperire fuit.
Quis sit & vnde domo, vir tantus, quæris? ADOLPHVM
OCCONEM *Augusta & Vindelicûm ora vocat.*
Nomen in extremis etiam prænobile terris:
Vsque vel a priscis si repetatur auis.
Agricolam certe, (Phrisiis famam & decus orbis)
Ipsis qui Bembis inuidiosus erat;
Quicumque haud nescit, (quis vero nesciat?) illi
Notum OCCO *nomen, & venerabile erit.*
Gente satus tali, ne degenerare propinquis
Credatur, præsens qui tibi perspsit opus:
Ante satis quamquam patriaque orbique probaris,
Qua genij, ingenij & dexteritate fores;
Hac doctrina etiam rara monimenta sua vult
Exstare; olim eadem vt fama loquatur anus.
Macte virum qua sinbeo virtute merentem
Esse, & ei longos Nestoris opto dies;
Hoc facto, faciet quod quisque ingratus haberi
Nolet, & a Musis non alienus erit.
Cæteri ab his exeste sacris: violare prophanos
Siue oculo qua omnes, siue etiam aure veto.

Franc. Modii I. C. Brug.

VIDIT *vbi librum trabeatus forte Quirinus*
Quem pridem in lucem nobilis OCCO *dedit:*
Substitit admirans serorum facta nepotum,
Atque triumphati totius orbis opus.
Illorum magnos animos miratur & artes
Palladias bello paceque conspicuas:
In variis extant quarum vestigia nummis
Induperatorum, quos sua Roma tulit.
Mox ait: O vtinam studio conferret eodem
Quisquam summorum tot monumenta virûm,
Quæ passim in saxis atque ære incisa leguntur:
Laus ea Romani nominis ampla foret.
Cui Phœbus: Meus hoc tibi mox præstabit Adolphus
Occo: dedit nummos, nunc quoque saxa dabit.

Verba fides sequitur: liber en nunc prodit in auras,
Antiqua Aeneadum qui monumenta refert.
Omnia quæ diues nobis Hispania præbet,
Seu priuatorum sint ea, siue ducum.
Ergo quisquis aues Romanam noscere plene
Historiam, hoc pulchrum perlege lector opus.
Multa videbis enim, quæ te latuere, subinde
Quæ tibi cum fructu gaudia magna ferent.
Occonique meo felicia quæque precare,
Vt possit similes edere sæpe libros.

Iacobi Cellarii Augustani.

QVI *veterum nummos & qui monumenta libellis*
Aeternare cupis: quid labor iste tuus?
Num saxo aut æri diffidis Adolphe, trucesque
Temporis ærumnas hæc tolerare negas?
Aonia melius priscorum facta tuentur,
Quam si vel saxo scripta, vel ære forent?
Fallor: an æquabis monumentis nomen? & ipsum est
Ob quod te magnum postera fama canet.

Ioannis Ortelii Cycnocomei.

QVÆ *regum doctis iam splendent nomina chartis,*
Solius fuerant marmoris ante decus.
Nempe quod immensum durissima quæque per æuum
Sunt obscuratis saxa peresa notis.
Conseruator adest Occo, qui præmia summa
Virtutis, non fert labe perire situ.
Damna vetustatis cur iam monumenta timerent?
Hæc inuicturis condidit Occo locis.
Sed piget Hispana posthac ea visere terra:
Hunc satis aut plus est consuluisse librum.

Michaelis Findii Monhemii.

PRINCIPIBVS *vitam priscis qui reddis Adolphe,*
Ingenio reparans æra vetusta tuo:
Qui regum antiquas facies in imagine parua
Monstras, quas coram cernere nemo potest:
Nunc veterum monumenta ducum, quæ continet orbis
Vltimus, ingenio das rediuiua tuo.
Gratum opus antiqui studii cultoribus: omni
Qui tibi pro meritis tempore grata canent.

Ioannis Fabri.

QVANTA OLIM FVERIM, RES GESTÆ, HISPANIA, MONSTRANT:
HÆ SILEANT, LAPIDES IPSAQVE SAXA DOCENT.

A. Occonis εὐχή.

ME *constat vixisse fide peccata remittet*
Qui dedit & vitam pro bonitate Deus.
Concedas mihi nunc, cælestis munere vitæ
Vt tecum possim maxime Christe frui.
Da mihi nunc placitum cum molli funere somnum,
Vltima cum magnas perferet hora vices.

INSCRIPTIONES VETERES
IN HISPANIA REPERTAE.

Acci, *in Hispania Tarraconensi, nunc* Guadix.

Ambrosius Moralis fol.311. suæ Chronicæ.

[1] IVLIAE MAMMEAE AVG. MATRI
IMP. CAESARIS MARCI AVRELII
SEVERI ALEXANDRI PII F. AVG.
M. CASTRORVM COL. IVL. GEM
. ACCITANA DEVOT. NVMINI
M. Q. EIVS

Arcobrigæ, *Saxum in loco qui nunc dicitur* Arcos, *in ingressu Arag.*

Moralis fol.287.


[2] P. SEXTIO P. SEX. F. DE MV
NICIPIO ARCOBRICENSI OPTI
ME MERITO IMMVNITATE AD
QVINQVENNIVM OPERA EIVS
AB IMP. NERVA TRAIANO CAES.
AVG. TOTI PATRIAE CONCESSA
ARCOBRICENSES IVVENES ET VETERES
STATVAM IN FORO POSVERE

Argentea via, *vulgo*, Camino de la plata.

Via Argentea dicta inter Emeritam & Salamanticam, a Licinio primum lapide strata, ad XLVIII miliaria Hispanica & columnis ad singula miliaria distincta, postea ab Hadriano restituta.

In columna duobus miliaribus a Galestro *versus Salamanticam.*


Moral.176.



columnarum numerus putamus.


In columna non procul a Calzada *page.*

* ita saxum habet



columnarum numerus putatur ut in praecedente.

Camino de la plata.
Moral.176.



[1] IMP. DOMITIANVS
VESPASIANI F. VES
PASIANVS CAESAR
AVG. GERM. PONT.
MAX. OPVS PATER
NVM NEQVICIA PV
BLICANORVM ET
MORTE VESPASIA
NI INTERRVPTVM
ET GENTE MALE
MVLCTATA ET OM
MI IN POSTERVM
MVNERE PVBLICO
PRIVATA CONFICI
IVSSIT. LXXXVIII.

Ad diversorium Ventas di Cappara, *In arcu triumphali.*

[2] BOLOSEA FILIO
PELLIF. MACRI F.
M. EIDIVS MACER
TESTAMENTO F.

Camino de la plata.
Moral.276.

[3] IMP. TITVS CAESAR VESPASIA
NVS AVG. P. M. TRIB. POT. V.
COS. VIII. PP. GENERIS HVMA
NI AMOR ET DESIDERIVM E
TIAM VIVENS

habet hanc inscriptionem & Apianus, sed non ita integram, & *Tarracone* tribuit.

Ibidem. Moral.100.

[4] IMP. CAESAR. DIVI F.
AVG. PONT. MAX. COS.
*XII TRIB. POT. X. IMP.
VIII ORBE MARI ET
TERRA PACATO TEM
PLO IANI **CLAVSO ET
REP. PO. ROM. OPTIM
LEGIB. ***SANCTISS. INS
TIT. REFOR. VIAM SV
PERIORVM COSS. TEMPO
RE INCHO. ET MVLTIS LO
CIS INTERMISSAM PRO
DIGNITATE IMPERII LA
TIOREM LONGIOREMQ. GA
DES VSQVE PERDVXIT.

* malim legere cũ Onuphrio, XI TR. P. X. IMP. VIIII.
** CLVSO
*** ET S-
post IMPERII alij addunt POP. ROM.

Est & Emerxe in ædibus Ferdinandi de Carreta.

Ibidem. Moral 327.

[5] GALIENVS IMP. CAE
SAR AVG. CLEMENS
PIVS VRBE AEDIFI
CIIS RESTAVRATA
IN BONVM ITALIAE
GALLIAE ET HIS
PANIAE PVBLICVM
CONVERSVS HOC
ITER VARIE PER
PROVINCIAS INTER
RVPTVM REFI
CI IMPERAVIT
LXXXVIII.

Ibidem.

[6] IMP. CAES. FLAVIVS CONS
TANTINVS AVG. PACIS ET
IVSTITIAE CVLTOR PVB.
QVIETIS FVNDATOR RELI
GIONIS ET FIDEI AVCTOR
REMISS. VBIQVE TRIB. FINI
TIM. PROVINC. ITER RESTI
TVI FEC. CXIIII.

Æsonæ, *nunc* Exone : *oppidum est Comitatus Palarensis in Catalonia.*

Ex antiquit. lib. P. Apiani, pag 7.

[7] LVNAE AVGVSTAE SACRVM.
IN HONOREM ET MEMORIAM
AEMILIAE L. FIL. MATERNAE
L. AEMILIVS MATERNVS
ET FABIA FVSCA PARENTES
S. P. F. C.

Ibidem, *ex eodem.*

[8] L. VAL. L. FIL. CAL.
FAVENTINO IIVIRALI
QVI ANNONA FRVMENTARIA
EMPTA PLEBEM ADIVVIT
ET OB ALIA MERITA EIVS
COLLEGIA KALENDARIORVM
ET *IDVARIA DVO CIVI
GRATISSIMO POSVERVNT.

* IDVARIOR.

Ibidem, *ex eodem.*

[9] PΦMARΦMARAN. FILIO
CALPVRNIANO OR. RET.
DEFVNCTO AN. XVIII.
MARΦMARANVS COMMVNI
AFFECTIONE MARANAE
CALPVRNIAE VXORIS ET
MATRIS RECEPTO IN CLIEN
TELAM CIVIVM AESONESΦ
ET LIBERALIBVS STVDIIS
ERVDITO IMPETRATO LOCO
EX D. ORD. STATVA *FOVENS
MEMORIAM PIETATIS HONO
RAVIT DATISQ. SPORTVLIS
DEDICAVIT.

* Forte FORENS.

Ibidem, *ex eodem.*

[1] FVL. ❧ F. FVLVI ❧ RESTITVTI ❧ F.
CATVLAE ❧ F. ❧ AESONENSI ANN. XL
❧ FVLVIVS HOMVLLVS LIBERTVS PATRONAE
DE SE BENEMERITAE FACIVNDVM CVRAVIT

Agradæ.

[2] T. OVINIO T. F. EQVITI RO. TR. MIL. SVB M.
CATONE PROC. QVI MVLTA PRO RETINENDA
IN FIDE ROM. PROVINC. FORTITER ET CONSTANT
GESSIT ⅃ ATTEIA L. AT. F. CELTIB MARITO
B. M. F.

Arbot, *Galli Fauonij Iocundi, in Lusitania.*

[3] EGO GALLVS FAVONIVS IOCVNDVS L. F. QVI BEL
LO CONT. VIRIATVM OCCVB. IOCVNDVM ET PV-
DENTEM FILIOS EX TEST. HAERED. RELINQVO
ET HONORVM IOCVNDI PATR. MEI ET EOR. QVAE MI
HI IPSI ADQVISIVI. HAC TAMEN CONDITIONE VT AB
VRBE ROMA HVC VENIANT ET OSSA HINC MEA INTRA
QVINQVENNIVM EXPORTENT E LVSITANIA ET
VIA LATINA CONDANT IN SEPVLCRO MARM. IVSSV MEO COND.
ET MEA VOLVNTATE. SI SECVS FEC. NISI LEGITIMAE
ORIANTVR CAVSSAE VELIM EA OMNIA QVAE FI
LIIS RELINQVO PRO TEMPLO DEI SILVANI RE-
PARANDO QVOD SVB VIMINALI IN VRBE MONTE
EST ADTRIBVI MANESQVE MEI OPEM PONT. MAX.
ET FLAMINVM DIAL. QVI IN CAPITOLIO SVNT IM
PLORENT AD IMPIET. CONTRA FILIOS MEOS VL
CISCENDAM TENEANTVRQVE SACERDOTES DEI
SILVANI ME IN VRBEM REFERRE ET SEPVLCRO
ME CONCEDERE. VOLO QVOQVE QVOTQVOT DO
MI MEAE VERNAE SVNT LIBEROS A PRAETORE
CVM MATRIBVS OIMMITTI SINGVLISQVE LIBRAM
ARG. ET VESTEM DARI. ACTVM VI. K. QVINTILES
SERV. GALBA L. AVRELIO COSS.
DECVRIONES TRANSCVDANI HOC TESTAMENTVM
ORE EIVSDEM GALLI EMISSVM IN LAPIDE
IVSSERE AOSCVLPI

Lectionis varietas e Marliani Topograph. petenda, p. 118: et Fastis Sigonii p. 85.

In agro Arbot.

[4] M. AEMILIO M. F. GALLO
FAVONIO IVCVNDVS
L. P. CVM IVCVNDO
ET PRVDENTE FILIIS

Malim legere IOCVNDVS L. F. CVM IOCVNDO ET PVDENTE FILIIS sicut supra in testamento Galli Fauonii. Necesse est vt alterutra inscriptio sit deprauata.

Arulæ, *quæ nunc* Ariona *dicitur.*

Moral. 219.

[5] IMP. CAES. AVG. PONT. MA
XIMO TRIB. POT. XXI. COS.
XIII. PP. VICTORI SACR.
L. AEM. L. F. NICELIVS AED.
II. VIR D. S. P. F.

Arenates. *Piedra de Marguesa.*

Moral. 286.

[6] ❧ IMP. CAES. NERVAE TRAIA
NO AVG. GERMANICO DACI
CO PARTHICO PONT. MAX.
TRIB. POT. V. COS. VI. PP. DE
ROMANO IMP. DE PATERNA
ET AVITA HISPANIAE PA
TRIA ET DE OMNI HOMI
NVM GENERE MERITISS. PO
PVLARES PROVINCIAE ARE
NATVM OPT. PRINCIPI.

Astapæ, *nunc* Estepæ, *Plin.* Ostippæ, *in ecclesia S. Sebastiani.*

[7] L. CAESIVS MAXIMI
NVS CEDRIPONENSIS
AN. XXI. HIC INTER
FECTVS EST SIT TIBI
TERRA LEVIS

Ibidem, *Piedra de Alameda, duobus ab* Astapa *miliaribus.*

[8] C. MEMMIVS OPTATI F. QVIRINA
SEVERVS STATVAS DVAS AEREAS
VNAM NOMINIS SVI ALTERAM
FILII SVI PONI IVSSIT. C. MEM
MIVS RVFVS HAERES FECIT.

Astigi, *inter Cordubam, & Hispalim.*

Piedra de Ecija. Moral. 20.

[9] CAECILIA TROPHIME STATVAM PIE
TATIS TESTAMENTO SVO EX ARG. P.
C. SVO ET CAECILII SILONIS MARI
TI SVI NOMINE PONI IVSSIT

[10] D. CAECILIVS HOSPITALIS ET CAECI
LIA D. F. MATERNA ET CAECILIA PHI
LETE HAEREDES SINE VLLA DEDV
CTIONE XX POSVER.

Ibidem, *in pariete monasterij Franciscanorum.*

[11] P. NVMERIVS MARTIALIS ASTIGI
TANVS SEVIRALIS SIGNVM
PANTHEI TESTAMENTO FIE
RI PONIQVE EX ARGENTI LI
BRIS C. SINE VLLA DEDVCTIO
NE IVSSIT

Ibidem.

[12] BON. EVENTVI — al. BONI. EVENTVS.
APONIA C. F. MONTANA SACERD.
DIVAR. AVGVSTAR. COL. AVG.
FIR. EDITIS OB HONOREM SA
CERD. CIRCENSIBVS ET OB DEDI
CATIONEM ALIIS SE ARG. LIBRIS
CL. D. E. P. D. D.

Coloniæ Augustæ Firmæ

Astigi.

[13] NERO CLAVDIVS DIVI CLAVDII F. GERMANICI
CAESARIS N. DIVI AVG. ABN. TI. CAESARIS
PRON. TRIB. POT. IMP. COS.

Ibidem.

[14] TI. CAE. DIVI AVGVSTI F.
DIVI IVLI NEPOS AVGVSTVS
PON. MAX. COS. VI. TRI.
P. XXXVII. AB IANO AVGVSTO
QVI EST AD BAETEM VSQVE
AD OCEANVM LXIIII.

Astigi, *in monasterio S. Francisci.*

[1] C. COSCONIVS
L. F. PAP. TRVRVS IIVIR
ET SVLPITIA L. FANVS
HS°S S V T L
IN F. PED. XII.
IN AGR. PED. X

Ibidem.

[2] M. AEMILIVS
L. F. MAVRVS
PVDENTE SI. FIE. D
OSI EDICIT
Q. L. SVRAE L. F. V
IN FR. P. XII. IN AG. X

Ad aedem D. Barbara in fragm. lapidis.

[3] SEX ALLIO ME
ONTETICI PERPET.
COL. ASECITANAE ET
FECERVNT DIVOR AVGVST.
CONCILII IRIENSIS ET
DEO VREORTES
VIRITIM STATVAM DD.

depravatam inscriptio.

Augustobrigae. *quae nunc* Aldea el muro.


Moral.188.

[4] IMP. CAES. NER
VA TRAIANVS
AVG. GERM
PONT. MAX
TRIB. POT. PP
COS. II. FECIT
AB AVGVSTO
BRIGA M. P. X

Ibidem, *in columna quadam.*

Moral. ibidem

[5]



Azuagae. *Piedra de Azuaga.*

ibidem.190.

[6] MATIDIAE AVGVSTAE IMP
CAES. DIVI NERVAE F. NER
VAE TRAIANI OPTIMI
AVG. GERM. DACICI PAR
THICI SORORIS.

Ibidem, *aliud saxum Marcia, quam Morales putat fuisse sororem Traiani, cum tamen Marciana dicta fuerit, vt ex arcu Anconitano patet.*

[7] "MARCIAE IMP. CAES.
DIVI NERVAE F. NER
VAE TRAIANI OPTI
MI AVG. / / / / / / / /
/ / / / / / / / / / /

f. MARCIANAE

f. eadem inscriptio cum priore.

In Gadibus, *nunc* Gaditz *insula, olim* Augusta Iulia Gaditana. *meminit Cyriacus Anconit. & Petrus Apianus.*

Moral 63.

[8] HELIODORVS INSANVS CARTACI
NENSIS AD EXTREMVM ORBIS SAR
COPHAGO TESTAMENTO ME HOC
IVSSI CONDIER VT VIDEREM SI ME
QVISQVAM INSANIOR AD ME VI
SENDVM VSQVE AD HAEC LOCA
PENETRARET.

Ibidem, *in Ecclesia maiore de Medina Sidonia.*

[9] M. ANTONIO M. F. GARISIACO
II VIRI MVN. AVG. GAD. D D.

In insula Ibiza, *olim* Ebusa.

Moral.529.

[10] IMP. CAES. M. AVRELIO CARO PIO FELICI IN
VICTO AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. PP.
COS. II. PROCOS. ORDO EBVSII
O N MER.

Ebusa insula, Albiza nunc, aut Ibiza, ab Auicenna ita dicta medico Arabe, quem ibi regnasse ferunt Arabum tempore. e regione Tarraconam habet, sicut Baleares Barchinonam. Sed mirum forte fuerit, quo pacto huc delatus sit Auicenna, cum natus sit in vrbe Basora, quae proxima fuit Babyloni, cuius nulla vestigia modo exstant. Vide D. Garziam ab Horto, in aromatum historia, fol. 25.

Aurigi, *nunc* Ariona. *Piedra de Ariona cerca de Iaen, in Ecclesia S. Martini, Basis statua equestris Hadr.*

Moral.299.316.

[11] IMP. CAES. DIVI TRAIANI
PARTHICI. F. DIVI NERVAE
NEP. TRAIANO ADRIANO
AVG. PONT. MAX. TRIB
POT. XIIII. COS. III. P. P
MVNIC. ALBENSE VRGA
VONENSE DD

Dicta etiam Vrgao, *&* Vrgauona, *non* Virgao, *vt in Plinio corrupte legitur. Municip. fuit Rom.*

Piedra de Andujar, *quæ* Iaen *quoque dicitur.*

Moral. lib. 5. fol. 206. idem Antiquit. fol. 74.

D. M. S.
Q. FAB. FICVLNVS AVRI
GIT. FLAM. VI VIR AVRICI
TAN. ANN. LXX. PIVS IN
SVOS H. S. E. S. T. T. L.

Ibidem.

D. M. S.
M. FABIVS PROBVS M. F. AVRI
GITAN. FLAM. PONT. PERP. DI
VI AVG. ANN. XXXVIIII PIVS
IN SVOS HIC SITVS EST SIT
TIBI TERRA LEVIS.

Ibidem.

C. SEMPRON. C. F. GAL. SEMPRONIANVS
IIVIR BIS 'PONTVF. PERP. SEMPRONIA
FVSCA VIBIA AVREL. F. THERMAS
AQVA PERD. CVM SYLVIS ////// ///
AQVAR. TRECEN. PE. IMPENSA SVA
OMNI D. D.

'ita Scrip.

Fuit is fons qui nunc dicitur de la Madalena.

Ibidem, *in ecclesia maiore de Mercado.*

IVL. FABIVS FLORINVS AVRIG
VI. VIR M. F. FLAVII AVRIG. F
ANN. LXX. PIVS IN SVIS HIC
SITVS EST SIT TIBI T. L.

Piedra de Iaen.

Moral. 31. & P. Apian. p. 24.

CL. CORNELIO SVVIANO CL. AVR. SV
VIANI F. SVM EGO IVSTINA VXOR "FV
TVTA PLVNT ET HAEC LIBENTER ET
QVOTIENS POTO TOTIENS PROPINO ET
QVOT POCVLA SVMIT SVMO QVON
DAM VIXIMVS CONCORDES O CON
IVNX. S. T. T. L.

al. "FVTVRA

Piedra en Andaiar vetere.

ORDO ILITVRGITANOR
IMPENSAM FVNERIS
DECREVIT.

Argandæ. *Piedra de* Arganda.

Moral. antiquit. 17.

L. I. RVFINVS
NYMPHIS
VARCILENS
V. L. S.

Ausæ, *olim* vicus Aquarius *in Catalonia.*
Piedra cabe Vique

Moral. 145.

AVL. MAEVID. A. F. QVI. POST. DVODECIM.
SORORES. POSTHVMVS. E. VVLVA. P. AE
LIAE. MATRIS. EXTINCTAE. REIECTVS.
ET. QVARTO. AETATIS. ANNO. PATRE.
AVLO. ORBATVS. ET. SVCCEDENTE. PRAE
TEXTAE. TEMPORE. ANIMO. IN. EORD
RES. MATERNO. PATERNOQ. FVIT. TO
TA HAEREDITATE. PRO. CONIVGIIS. EA
RVM. RELICTA. ET. SIGNA. POPVLI. RO
VICTRICIA. SVB. LVCVLLO. COS. IN. ASI
AM. SECVTVS. CVM. OPIEVI. PLENVS. ET.
TRIBVNICIA. MILIT. POTESTATE. FVN
CTVS. IN. PATRIAM. REVERTISSET. MVL
TIS. A. SENATV. PO. Q. R. O. PRIVILEGIIS.
DONATVS. ET. NOBILEM. IN. FORO. AVSE
TANO. PORTICVM. EXTRVXISSET. ET. PA
TRIAM. AERE. ALIENO. LIBERASSET. AV
LA. MAEVIA. VLTIMA. SOROR. QVAE. SV
PERERAT. CVM. MAGNA. NEPOTVM. MVL
TITVDINE. PRAECEDENTE. ET. SEVIRA
TV. AVSETANO. FVNVS. SVBSEQVENTE.
HIC. SEPVLCHRVM. CVM. STATVA. PO
SVIT. SECVNDO. A. CIVITATE STADIO. IN.
LOCO. PATRIAE. PVBLICO. QVO. OMNES.
VRBEM. ADEVNTES. IN. LACETANIAM.
Q. REDEVNTES PERTRANSIEVNT.

Piedra de Vique. Moral. 152.

HIC. MVLTAE. QVAE. SE. MANIBVS. Q. SERTORII
TVRMAE. TERRAE. MORTALIVM. OMNIVM. PAREN
TI. DEVOVERE. DVM. EO. SVBLATO. SVPERESSE
TAEDERET. ET. FORTITER. PVGNANDO. INVI
CEM. CECIDERE. MORTE. AD PRAESENS OPTA
TA. IACENT. VALETE. POSTERI.

Piedra cerca de Logrono.

Ibidem.

DIIS. MANIBVS. Q. SERTORII. M. F.
BEBRICIVS. CALAGVRRITANVS.
DEVOVI. ARBITRATVS. RELIGIO
NEM. ESSE, EO. SVBLATO. QVI. OM
NIA. CVM. DIIS. IMMORTALIBVS.
COMMVNIA. HABEBAT. ME. INCO
LVMEN. RETINERE. ANIMAM. VA
LE. VIATOR. QVI. HAEC. LEGIS. ET.
MEO. DISCE. EXEMPLO. FIDEM. SER
VARE. IPSA. FIDES. ETIAM. MORTVIS
PLACET. CORPORE. HVMANO
EXVTIS.

Piedra de Bonnal.

Idem. p. 51.

FONTI SAGINIFFIGENO
E CCCLV HS ////////////
ALEXIS. AQVILEGVS
V. S. L. M.

Alfonsus de Castro hoc modo exscripsit.

FONTIS. AGINEES. GENO.
B. P. ŒCILVI. P. S. T
ALEXIS. AQVEEGVS
V. S. L. M.

In Batestanorum *agro Hisp. Tarraconensis, quatuor tauri marmorei; nunc nominant* Los toros de Guisando entre Cadahalso y Zebrerss.

Moral.147

Primus.

aduersa. *auersa.*
[1] LONGINVS PRISCO CALVO
LAVINIO PRI. F. C

Secundus.

[2] Q. CAECILIO METELL'O
CONSVLI II. VICTORI

Tertius.

[3] EXERCITVS VICTOR
HOSTIBVS FVSIS

Quartus.

[4] L. PORTIO OB PRO. OPT.
ADMINISTRATAM BATES
TANI POPVLI P. C.

Meminit P. Apianus sed depravatis nominib. loci & inscript. Nonnulli quintum taurum addunt: & illi sequentem inscriptionem appingunt.

Ibidem.

[5] BELLVM CAESARIS ET PATRIAE MAG
NA EX PARTE CONPECTVM "EST
S. ET CN. MAGNI POMPEII PILIIS HIC
IN BATESTANORVM AGRO PROFLIGATIS

al. "SSX. ET CN.

Barcinone colonis erat Romanorum, olim Fauentia dicts quibusdam. Creuit ex ruinis Robricatæ olim op. ex opposito habet Baleares insf. sicut Tarracona Ebusum insf. nunc Albixum dictam.

Iuxta portam qua itur ad collegium.

[6] L. LICINIO
SECVNDO
ACCENS. PA
TRON. SVO. L. LI
CIN. SYRAE. PA. M.
SECVNDO. TER†O
CONSVLAT. EIVS
IIIIII VIR. AVG. COL
I. V. T. TARRACON. ET
COL. EI A. P. BARCIN
M. PAVLIVS PAVLN. S.
AMICO.

f. SVRAE PRIMO vt paulo infra.

Ibidem.

Videtur mutila inscrip.
[7] PORCIAE R. L. F.
MATERNAE
OSICERDESI
H. C. ET ROSTEA
OSICERD. CÆSAR. M.
TARRAC. PERPETVA
L. NVMISIVS
MONTANVS
VXORI.

Barcinone.

[8] IMP. L. DOMITIO AVRELIA
NOPIO ET INVICTO AVG.
ARABICO MAX. GOTHICO
MAX. PARTHICO MAX.
TRIB. POT. P. P. COS. III.
PROCOS. OPT. PRINCIPI. N.
ORDO. BARC. NVMINI. MA·
IESTATIQ. E.

Ibidem, *in domo* de Mossen.

[9] FAVSTINAE AVG. IMP. M.
AVRELII ANTONINI AVG.
D. D.

Ibidem. Moral.lib.11.fol.20

[10] BELLIPOTENS VALIOA NATVS OE GENTE GOTHORVM
HIC CVM SEX NATIS REX ATAVLPHE IAÇES
AVSVS ES HISPANAS PRIMVS DESCEN..RE IN ORAS
QVEM COMITABANTVR MILLIA MVLTA VIRVM
GENS TVA TVNC NATOS ET TE INVIOIOSA PEREMIT
QVEM POST AMPLESA EST BARCINO MAGNA GEMENS

Ibidem, *in domo Berengual de Requesens.*

Moral.304.

[11] L. CAECILIVS L. P. PAPIA OPTATVS ET
LEGION. VII. LEGATVS ET X. LEO. ET
XV. APOLLIN. MISSVS HONESTA MISSIO
NE AB. IMP. M. AVRELIO ANTONINO ET AVR.
VERO AVG. ADLECTVS AB PATRE IN
TER IMMVN. CONSEQVVTVS HONORES
AEDILITIOS. II. VIR III. FLAM. ROMAE
OIVORVM ET AVGVSTORVM
QVI REIP. BARC. C. TAL. OO LEGO DARI
QVE VOLO ✱ VI EX QVORVM VSVRIS
SEMISSIBVS EOI VOLO QVOTANNIS SPE
CTAC. PVGILVM OIE IIII. 'IO. IVNII VSQVE
AD "XCCL. ET EAOEM OIE LXXXCC. O
LEVM IN THERMIS PVBLIC. POPVLO
PRAEBERI PESTA PRAESTARI EACONDI
TIONE VOLO VT LIBERTAE ITEM LI
BERTORVM MEORVM LIBERTARVMQVE
LIBERI QVOS HONOR SSVIRATVS CON
TIGERIT AB OMNIBVS MVNERIBVS SEVI
RATVS EXCVSATI SINT
QVOD SI QVIS EORVM
AD MVNERA VOCATVS FVERIT TVM EA
XVI. AD REMP. TARRAC. TRANSFERRI
IVBEO SVE EAOEM FORMA SPECTACV
LORVM QVAS SE EST EDENDORVM
TARRACONE LODO.

.VM. al. "PX XCC.

Piedra cabe Barcelona.

Moral. 277.

[1] EGO Q. VALERIVS CASTRITIVS Q.
F. HODIE TERTIO IDVS AVG. DECE
DENS CONSTITVO Q. VALERIVM F.
MEVM EX ASSE HAEREDEM DVM
MODO ≒ PRO P. VALERIA FILIA
MIHI CHARISSIMA EXIMATVR SI LE
CITIMAM E P. FABIANO CONIVGE
SOBOLEM HABEBIT. ET ≒ ≒ PRO
PRIMA TVRRE TEMPLI AESCVLA
PII DEI QVOD IN VRBE BARCINONAE
EST RESTAVRANDA. ACTVM P. ROMV
LIO CIT. HISPA. PROCOS. ET DOMITIA
NO VESPASIANI F. ORBI IMPERANTE

Ibidem, *in quadam platea.*

[2] C. IVL. FABIAN
ANN. XIX.
FABIA PAVLA
AMITA
MVNVS
SVPREMVM.

Ibidem.

[3] T. CASSIO
FLAVINO
7 LEG. X. G.
CHRYSAM
PELVS PATRO
NO OPTIMO
P. S. F.

Ibidem, *in vetere palatio, iuxtà ianua gradus.*

[4] L. LICINIO
SECVNDO
ACCENSO
PATRONO SVO
LICINIO SVRAE
PRIMO SECVN
TERT. COS. EIVS
IIIIII VIR AVG. COL
IVT. TARRAC. ET
COL. F. IA P. BARC
Ↄ O MVNICIPE
VI. IAMONTAN
INSVLA MINOR

Ibidem, *in domo quadam non longe ab ea vbi leones stabulantur.*

[5] MINERVAE
AVG.
N AVIVSTIVS
HOMVNCIO
IIIIII VIR AVG.
COLLEGIO FABR
DONO POSVIT

Ibidem, *eodem loco.*

[6] L. LICINIO
SECVNDO
ACCENSO PA
TRONO SVO LICINIO
SVRAE PRIMO
SECVNDO TERTIO
CONSVLATV EIVS IIIIII
VIR. AVG. COLL. V. TARRA
CON. ET COL. ET BARCIN
C. HERENNIVS COPIAR
AMICO

Eadem fere inscriptio cum ea quae, vna duntaxat inserta, praecedit.

Beturia a Beti fl. dicta, nunc Guadalquinir, duplex erat Plinio. Celtica in ingressu Lusitaniæ circa Hispalim, iuxta ciuitatem nunc Cazeres, & erat dextra pars Beturiæ. Sinistra dicuntur a Plinio Turduli, in iurisdictione Cordubæ ad Septentrionem, vbi est villa Constantina, versus orientem est Guadiana.

Saxum in agro Cordubensi, *siue* Beturia *potius, loco dicto* Fuente Oueiuna, *quae olim erat* Mellaria *Plinio*

[7] C. SEMPRONIO SPERATO FLAMINI DIVO
RVM AVGG. PROVINCIAE BAETICAE IMP.
NERVA TRAIANO CAES. AVG. GERM. III.
VICERIO ALARIANO ET L. MARCIO POS
TVMO COSS.
HIC PROVINCIAE BAETICAE CONSENSV FLA
MINIC. MVNVS ET CONSEQVVT. PERACTO
HONORE FLAMIN. ET PECIALI OMNIVM
CONCIL. ET CONSENSVS STATVAM DECRE
VIT. HVIC ORDO MELLARIENSIS DECREVE
RVNT SEPVLT. IMPENS. FVNERIS LAVD. STA
TVAS EQVESTRES DVAS ////////////////
///////////////. VENVSTA VXOR HONORE
ACCEPT. IMP. REMISSA P.

Ibidem, *in* Turdulis Beturiæ *loco, qui nunc dicitur* Alhanie, *inter Emeritam & Erenam, in templo Iunonis rotundo, quale erat Pantheon quod etiamnum extat.*

Beturia Turdulana nunc, Mirobriga olim.

[8] IVNONI REGINAE SACRVM
////// LIC. SERENIANVS V C. ET VARI
NIA ///// ACCINA C. F. PRO SALVT
//// LIAE SVAE VARINIAE SERE-
NAE DICAVERVNT.

Piedra en los Santos de Maymona.

[9] C. VARINIO PIENTISS. VIRO FLAMINALI PRO
VINCIAE BAETICAE ANNORVM LXX. VARI
NIA FLAVINA FILIA FECIT

Aliud saxum ad fontem Oueiunæ.

[10] AQVAM AVG. CAIVS QVIR. GA. QVIR. F.

Mirobrigæ, *nunc* villa de Capilla.

In Ecclesia S. Francisci.

[1] PVLCHER PVLCHRI F. MIRO. AN. XLVII PIVS IN OMNES H. S. E. S. T. T. L. HOC MARMORE VXORIS OPERA INCLVSVS

Pulcher hic Natural de Mirobriga.

Ibidem. Moral. 98.

[2] MVNICIPIO MIROBRIGENSIVM FECIT LICINIVS LICINIANVS

Arsæ Beturiæ, *quæ nunc forte* Azuaga.

[3] M. HERENNIO M. F. GALERIA LAETINO AE D. II VIR. III PONTIF. AVGG. HAEREDES EX TESTAMENTO EIVS.

Oduciæ, *medio itinere inter Cordubam & Sibilam.*

[4] CORNELIA L. F. ODVCIENSIS HVIC ORDO

In albo saxo.

[5] QVAM IN HONORE SEVIRATVS PROMISERAT

Ibidem.

[6] C. IVVENCIO C. F. QVIRINA ABO. IIVIRO MVNIFICENTISSIMO MVNICIP. ET INCOLAE OB MERITA PATRONO PATRIAE OBOBRVNT

Ibidem *in villa* Alcolea *quod olim* Municipium Flauium Aruense.

In Beturia Turdulana.

[7] Q. TRAIO. Q. TRAI ARBIANI FIL. QVIR. ARBIANO ARVENSI. HVIC ORDO MVNICIPII FLAVII ARVENSIS OB MERITA LAVDATION. IMPENSAM FVNERIS LOCVM SEPVLTVRAE ET STATVAM DECREVIT AEMILIA LVCIA MATER ET SERGIVS RVFINVS FRATER EIVS IIV IMPENSAM REMISERE.

Ibidem, *sub statua cuiusdam Imperatoris.*

[8] //// IVVENTVTIS COS. DESIG. L. LICINIVS C. F. L. N. L. PRON CORNVTVS D. S. P.

Ibidem, *in municip.* Iporcensi, *in villa nunc* Constantina.

[9] CORNELIAE CLEMENTIS F. TVSCAE SACERDOTISSAE PERPETVAE ORDO IPORCENSIVM OB MVNIFICENTIAM STATVAM ET CENIS PVBLICIS POSVIT. ITEM SEVIRI CENAS REMISERVNT

Ibidem. Moral. 100.

[10] Q. CORNELIO QVIR. GALLO QVAM TESTAMENTO SVO SPORTVLIS DATIS DECVRIONIBVS PONI I. CORNELIA PRISCA SOROR ET HAERES. DATIS SPORTVLIS DECVRIONIBVS ET OB SVO DATO EPVLO PLEB. ET ORDINI PONENDAM CVRAVIT

Reginæ, *ad S. Petrum de Villacorza.*

D. M. S.

[11] L. RVPINIVS PRIMVS ITALICVS D REGINENSIS ANN. XXXX. FABIA CAMPANA VXOR M M F H S I S T T L

Miles fuit legionis Italicæ.

Ibidem, *Statua Iuno Dicti. posita.*

Moral. 101.

[12] IVNONI SACRVM TERENTIA PVELLA TESTAMENTO PONI IVSSIT EX ARGENTI LIBRIS L

Ibidem, *in campo entre las villas de Caçalla y Guadalcanal.*

[13] IMP. CAES. M. AVRELIO ANTONINO SEVERO PIO AVG. FELICI IMP. CAESARIS L SEPTIMII SEVERI PERTINACIS AVG FILIO ARAB. ADIAB. PART. MAX. BRITANNIC. MAX. PP RESP. REGINENSIVM DEVOTA NVMINI EIVS P.

Aruci, *nunc* Aroche in Beturia.

[14] M. ATTERIO PAVLINO M. F. QVI TVMVLTVARIO BAETICAE BELLO ASSVRGENTE MVLTA PRO REP. ARVCITANA BELLO RETINENDA FORTISSIME GESSERAT ARVCITANI VETERES ET IVVENES OPT. CIVI.

Ibidem.

[15] IVLIAE AGRIPPINAE CAES. AVG. GERMANIC MATRI AVG. N. CIVITAS ARVCCITANA

Ibidem, *in confinibus Lusitaniæ Herculis statua.*

[16] HERCVLI DEO INVIC. ET REIP. ARVCCITANAE PATRONO STATVAM AEREAM SECVND. TNEBANI TEMPLI TROPH. ARVCCITANI DD.

Bracearæ, *quæ nunc* Praga Lusitaniæ.

[17] //////// SEVERI PII NEP. ANTONINI MAGNI F. AVRELIO ANTONINO FELICI AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. II. COS. II PROC. FORTISS. PRINCIPI A. BRACCARA M. P. III.

Ibidem, *alia columna.*

Moral. 111.

[18] IMP. CAES. C. IVLIVS VERVS MAXIMINVS PIVS F. AVG. GERM. MAX. DAC. MAX. SARM. MAX. PONT. MAX. TRIB. POT. V. IMP. VII P. P. COS. PROCOS ET C. IVLIVS VERVS MAX. NOBILISSIMVS CAESAR GERM. MAX. DAC. MAX. SARM. MAX. PRINC. IVVENTVTIS FILIVS D. N. IMP. C. IVLII VERI MAXIMINI P P AVG. VIAS ET PONTES TEMPORE VETVSTATIS COLLAPSOS RESTITVERVNT CVRANTE Q. DECIO LEG. AVGG. PRET. PRAEP A. BRAC. AVG M. P

Braccaræ, *in alia columna.* Moral.103.

IMP. CAES. TRAIANO HADRIANO AVG
PONT. MAX. TRIB. POT. XVIII. COS. III
PP A BRACARA AVG. M. P. XXIII

Ibidem, *in basi statua.*

TITVS CAELICVS TRIPES FRONTO ET
M. ET L. TITI FILII PRONEPOTES CAE
LICI FRONTONIS RENOVARVNT

Ibidem, *in ara quadam.*

ISIDI AVG. SACRVM
LVCRETIA FIDA SACERD. PERP. ROM
ET AVGG. CONVENTVS BRACCAR
AVG. D.

Ibidem.

ASCLEPIO
ET HYGEIAE
MARCVS
EX VOTO

Blandæ. *Saxum non procul* Ampuria, *loco qui nunc dicitur* Blaeces. Moral.lib.4 fol.172.

TELONGO BACHIO QVI
POENO EXERCIT. CVM
HANIB. IN ITAL. TRANS
EVNTE CVM S P Q R
CVM PACTIONE REIP
AMICA SENSIT
BLANDENSES STATVAM
D D

Bletissæ. *terminus Augustalis* Bletissæ, *quæ nunc* Ledesma. Moral.219

IMP. CAES. AVG.
PONT. MAX. TRIB.
POT. XXI COS. XIII
PAT. PATR. TERMI
NVS AVGVSTAL
INTER BLETIS
SAM MIROBRI
CAM ET SAL
MANTICAM

Castro XAVIII.

BLETISAM ET M-

Alfonsus Castro Salmanticensis quoque descripsit, in æde diuæ Mariæ, sed versibus aliter distinctis.


Calleeum regione.

Marmor pulcherrimum. M. Catonis. Moral.lib.7.79.

PALLADI VICTRICI SACRVM
HIC HOSTIVM RELIQVIAS PROFLIGA
VIT CATO VBI ET SACELLVM MIRO
ARTIFICIO STRVCTVM ET AEREAM
PALLADIS EFFIGIEM RELIQVIT
PAREANT ERGO ET NOSCANT OMNES SE
NATVS ET POP. ROMANI IMPERIVM DEO
RVM NVMINE ET MILITVM FORTITVDI
NE ET TVERI ET REGI

Meminit P. Apianus fol. X. & esse notat Durii in basi templi cuiusdam.

Calletiæ, *in quadam columna,* ISIDIS *inscriptio. meminit* P. Apianus fol.13. & 136.



Gr. VXOR ET SOROR

Isidem, alii Cererem, alii Thesmophoriam, alii Iunonem, quidam Lunam, alii aliis nominibus appellant: cuius capiti cornua addiderunt veteres, cum propter aspectum, talis enim Luna apparet primis a coniunctione diebus, tum quia bos ei ab Ægyptiis, apud quos summa in veneratione habebatur, sacrificabatur. Eius sepulcrum cum Osiridis in Nisa Arabiæ vrbe situm a nonnullis scriptoribus traditur, & illic vtrique dicatam columnam suisse sculptam litteris, in qua Isidis columna præcedentia legi. Et Capuæ ad S. Benedictum legitur. TE TIBI VNA QVAE ES OMNIA DEA ISIS ARRIVS BALBINVS V. C.

In columna Osiridis hæc scripta dicuntur, referente Diodoro Siculo lib. 1. quæ superiori Isidis inscriptioni subiungere visum est, vt vulgata habet tralatio.

Mihi pater Saturnus Deorum omnium iunior. Sum vero Osiris rex, qui vniuersum peragraui orbem vsque ad desertos Indorum fines, ad eos quoque profectus sum qui arcto subiacent vsque ad Histri fontes. Et iterum alias quoque orbis ad vsque ad mare Oceanum, partes. Sum Saturni filius antiquior, germen ex pulcro & generoso ortum, cui non semen genus fuit. Neque vllus est in orbe ad quem non accesserim locus, docens omnes ea quorum inuentor fui.

Vtraque inscriptio Græca apud Diodorum lib. 1 pag. 16. ita habet.

ΕΓΩ Ἶσίς εἰμι ἡ βασίλισσα πάσης χώρας ἡ παιδευθεῖσα ὑπὸ Ἑρμοῦ, καὶ ὅσα ἐγὼ ἐνομοθέτησα, οὐδεὶς αὐτὰ δύναται λῦσαι. Ἐγώ εἰμι ἡ τοῦ νεωτάτου Κρόνου θεοῦ θυγάτηρ πρεσβυτάτη. Ἐγώ εἰμι γυνὴ καὶ ἀδελφὴ Ὀσίριδος βασιλέως. Ἐγώ εἰμι ἡ πρώτη καρπὸν ἀνθρώποις εὑροῦσα. Ἐγώ εἰμι μήτηρ Ὥρου τοῦ βασιλέως. Ἐγώ εἰμι ἡ ἐν τῷ ἄστρῳ τῷ ἐν τῷ κυνὶ ἐπιτέλλουσα. Ἐμοὶ Βούβαστος ἡ πόλις ᾠκοδομήθη. Χαῖρε χαῖρε Αἴγυπτε ἡ θρέψασά με.

Ἐπὶ δὲ τῆς Ὀσίριδος ἐπιγεγράφθαι λέγεται.

ΠΑΤΗΡ μέν ἐστί μοι Κρόνος νεώτατος θεῶν ἁπάντων. Εἰμὶ δὲ Ὄσιρις ὁ βασιλεύς, ὁ στρατεύσας ἐπὶ πᾶσαν χώραν, ἕως εἰς τοὺς ἀοικήτους τόπους τῶν Ἰνδῶν, καὶ τοὺς πρὸς ἄρκτον κεκλιμένους, μέχρι τῶν τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ πηγῶν· καὶ πάλιν ἐπὶ τἄλλα μέρη ἕως ὠκεανοῦ. Εἰμὶ δὲ υἱὸς Κρόνου πρεσβύτατος, καὶ βλαστὸς ἐκ καλοῦ τε καὶ εὐγενοῦς, ᾠοῦ σπέρματος συγγενὴς ἐγενήθην ἡμέρας. Καὶ οὐκ ἔστι τόπος τῆς οἰκουμένης εἰς ὃν ἐγὼ οὐκ ἀφῖγμαι, διαδοὺς πᾶσιν ὧν ἐγὼ εὑρετὴς ἐγενόμην. Hæc sunt (inquit Diodorus) quæ in illis columnis legi posse aiunt: reliqua vero temporis vetustate corrupta.

al. βασ. π. χώρ. al. ἐγὼ ἐνομοθέτησα. al. pro δύναται legunt δύνα.

al. καὶ ἰδίᾳ... al. εὐγενοῦς, ᾠοῦ σπέρματος συγγενής

In regione Callecum, *in marmore pulcherrimo.*

Idem.

P. DECIVS E GENERE EORVM OECIORVM
QVI LATINO ET GALLICO POSTEA BELLO
PRO EXERCITV SE OEVOVERE ET MEMORA
BILEM PO. RO. VICTORIAM COMPARAVERE
HEIC CECIOI IN ACIE CONTRA CALLECOS
IN VLTIMO MVNOI MARGINE QVO NVLLAE
MAGIS TERRAE APPARENT.
L. STLLANVS AO TERTIVM A CLVNIO LA
PIOEM MARMOREO ME SEPVLCHRO OPE
RVIT. AOSTANTE TOTA LEGIONE PRISCOR
LATINOR. CVM QVATVOR TRIB. MILIT. CVM
PRIMIPILIS SIGNIFERIS HASTATIS
OCTAVAE LEG.

Ceperæ. *Piedra de* Capara.

Moral.312.

IVLIAE AVG. MATRI CASTRO
RVM CONIVGI IMP. CAES. L. SEPT
SEVERI PII PERTINACIS AVG
ET MATRI M. AVRELII ANTO
NINI IMP. OROO SPLENOIOISS
CAPARITANORVM DEVOTVS
NVMINI MAIESTATIQVE
EIVS

Eo Capera. Moral. 200. meminit Cyriacus Anconitanus.

T. VICTVRIO. ET. C. SEMPRONIO. COSS. POPVLIS
PROVINCIAE. ARENAT. OE. SVPERIORVM TEM
PORVM. BELLA. AD SVMMAM. INOPIAM. RE
DACTIS. IMMVNITAS. DATA. EST. QVOAO. QVIC
QVID. TERRARVM. AO. EMERITAM. VSQVE AV
GVSTAM. INTERIACET. LAPIDIBVS. STERNE
RETVR. CENSVERE. SIQVIDEM. E. MAIESTATE
AVGVSTI. OIVI. F. AC. SPQR. OIGNITA
TE. ET. AMPLITVOINE HOC. ESSE. VT. PRO
VINCIAE. PORRO. AB. ITALIA. CONSTITVTAE
QVAE OE REPVBLICA. RO. BENE MERITAE ES
SENT. IN. MELIOREM. CVLTVM. REOVCEREN
TVR. ITAQVE. TITO. MVRTIO. PROVINCIAE
HISP. CITERIORIS. PRAETORI. DEMANOATVM
EST. VT. CCCCX. PONOO. ARGENTI. E. PVBLICIS
POPVLI. RO. EMOLVMENTIS. QVAE PRAETERI
TIS. TEMPOR. QVAESTORES. RECEPISSENT. PRO
VINCIAM SVBLEVARET. ET. PONOO. E. PROVIN
CIALIBVS. QVAE. AO. PHILIPPOS. QVAE. AD. AC
TIACVM. SVPERERANT. AVT. QVAE. IN. AERA
RIVM. NONDVM. RELATA. FVERANT. CLX

Piedra de Cepera. Moral. 272.

L. VOCONIO C. F. PATRIA FORTISSIME OB
PENSA EXERCITV VITELLIANORVM ACIE SV
PERATO CIVES COLONIAE CAPARITANAE STA
TVAM IN FORO OB PERPETVVM REI BENE
GESTAE MONVMENTVM POSVERE TERTIO IO
MAIAS F. HERENNIO ET C. FOR
TVNATO COSS.

Ibidem. Moral.186.

C. TERENTIVS. T. MARCII. F. PA
TRITIA. RO. GENTE. ORTVS. PROH
OOLOR. HIC. TAM. LONGE. MA
LO. COELI. CONTAGIO. CECIOIT
M. MARTIVS. P. MARTII. F. PA
TRVELIS. PIENTISS. EVM. IN. FA
MILIAM. TERENTIANAM. AOOP
TATVM. QVOO. EGREGIE. SVB
C. CAESARE. MILITARAT. ISTO
LOCARI. TVMVLO. FECIT. VIX
ANN. XXXVIII. MEN. IIII. DIES. X.
HORAS. SCIT. NEMO

Enel campo de Alcadia *no lexos de la venta que llaman de* Alcade. Moral. 186.

C. SVBERIVS C. F. POMPT. CALE
NVS QVI OCVLOS AB OCCIDEN
TE ITALIA AVERTENS CVM MVL
TIS AMICIS TRANQVILLITATEM
EXPETENTIBVS HISPANIAM VE
NI VBI SEVISSIMO COORTO
BELLO MORTEM CVM VITA COM
MVTAVI. VOS FILII IN VIVEN
TEM PARENTEM PIENTISSIMI
IN MORTVVM PII MAGIS PA
TERNOS CINERES EX HISPA
NIA EXPORTATE COMMVNIQVE
SEPVLCHRO CONOITE QVO
AVITIS CINERIBVS IMMIXTI
SACRO GAVOEANT ANNIVER
SARIO PARENTARI

Ad Capparam. Moral.184

D. M. S.

QVEM VIDES VIATOR PVTABIS
CINEREM ESSE IBERVM ERRAS
VIDES L. COMINIVM CAMERTEM
BELLO FORTEM NEC FALSO GLO
RIOR QVI SVB CN. POMPEI MAG
NI FILIO OCCIDI PRO LIBERTA
TE RO. INNVMERIS VVLNERIBVS
NEC HERCVLES QVEM GADES CO
LVNT NEC BELLONA QVAM CA
MERTES ADORANT NEC DII OM
NES ROMANI ERIPERE ME A MOR
TE POTVERE QVVM CADEREM
CADAVERE NON COGNOSCENDO
VVLNERIBVS MILITES CAVSA
PIA HIC ME POSVERE VALE

Carmonæ. *In villa de* Carmona *Hispaniæ exterioris in Baetica, quæ nunc* Andaluzia. Moral.383.

L. AELIO BAETICAE PRO
COS. OB PROVINCIAM VI
CE SACRA MAXIMIANI HER
CVLII CAES. AVG. OPTIME
ET FORTISS. AOMINISTRA
TAM OECVRIONES MVNICI
PIORVM PATRIAE

Castra Cecilia. *Piedra de Caceres.*

Moral. 110.

[1] IMP. CAES. LVCIO SE
PTIMIO SEVERO PER
TINACI AVGVSTO
PONT. MAX. TRIB ∾
POT. II. IMP. III. COS
PP. OPTIMO FORTISS.
PROVIDENTISSIMO
QVE PRINCIPI EX
ARG. P. XC∾D. IVLIO
CELSO ET L. PETRO
NIO NIGRO ILV. D. D.

En Castro el rio. *cerca Cordubam.* Moral. 126.

[2] CLAVDIO CAES. AVG. GERM.
PONT. MAX. TRIB. POT. V. IMP.
X PP. COS. DESIG. IIII OPTA
TVS REBVRRI L. IMAG. CAES.
AVG. IMP. AVG. P R. IMP. D. S. P. D. EAM
QVE CVM OPTATO ET REBVR
RO FILIIS DEDICAVIT SENA
CENSVIT TVS DECREVIT PERPETVO
BONIS. PVBLICIS INTERESSE

Castrum, *ciuitas in Tarraconensi Hispania, quæ modo* Corunna, *seu* Clunia. Moral. 382.

[3] IMP. MAXIMIAN. HER
CVL. CAES. AVG. CON
STANTIO IN OCCID. CAES.
EFFECTO ET IMP. REIP
LONGE LATEQVE AVC
TO ET CVM DIOCLETIA
NO PRINCIPE INVICT. E
TIAM VNO TEMPORE COL
LEGA EFFECTO

Castra vetera, *Lusitaniæ locus, nunc* Castro.

Moral. 111.

[4] L. CORN. LEGATVS
SVB FABIO COS. VI
VIDAM NATVRAM
ET VIRILEM ANIMVM
SERVAVI QVO AD A
NIMAM EFFL. ET TAN
DEM DESERTVS OPE
MEDICORVM ET AES
CVLAPII DEI INGRATI CVI ME
VOVERAM SODALEM
PERPETVO FVTVRVM
SI FILA ALIQVANTV
LVM OPTATA PROTV
LISSET
L. FABIVS COS. HIC
ME COND.

Helleren*æ*, *aut ad* Vetera Castra.

[5] PORTISS. MIL. V. ET XIX. LEG
QVORVM OPERA FORTITER
VETERA CASTRA DEFENSA SVNT
POLIANDRION

Huc reduces olim post tempora longa reuectum
Senserat in aquilas legio vndecegesima, cuius
Hac veterum manes castrorum hyberna tuentur.

Ibidem.

[6] D. M.
OSSA MIL. V. ET XIX LEG. CVM
QVINTIL. V. INTERPECT. IVSSV
GERMANICI IMPERATORIS HVC
COLLATA QVIESCVNT

Si quid adhuc manes, cineres atque ossa sepulta
Mentis habent, votisque iubent saluere reductas
In sua castra aquilas, felix faustumque precantur.

Ibidem.

[7] IMP. CAESARI DIVI NERVAE F.
NERVAE TRAIANO OPTIMO AVG.
GER. PARTHICO DACICO PONTIF.
MAXIM. TRIBVN. POTEST. XVIIII.
IMP. XI. COS. VI. PP. DD. M F V
P P D

Ibidem, *in æde maiore.*

[8] TI CLAVDIO CAESARI
AVG. GERMANICO
IMP.

Ibidem.

[9] T. PRATERNVS
MATRIBVS
GALLAICIS
V. S. L. M.

Alfonsus de Castro exscripsit.

Ibidem, *in sacello D. Petri.*

[10] D. M. S.
L. RVFINIVS PRIMVS
ITALICVS
O. RECCINENSIS
AN. XXXX
PASIA CAMPANA
VXOR
M M P
H S S S T T L

Cartimitæ, *in regno Granatæ.*

En Cartsnis cerca de Ronda. Moral. 2.

[11] IVNIA O. F. RVSTICA SACER
DOS. PERPETVA. ET. PRIMA
IN. MVNICIPIO. CARTIMITA
NORVM PORTICVS. PVBLICAS
VETVSTATE. CORRVPTAS. RES RESTITVIT
FECIT. SOLVM. BALINEI. DEDIT
VECTIGALIA. PVBLICA. VIN
DICAVIT. SIGNVM. AERSVM AVREVM
MARTIS. IN. FORO. POSVIT. AD ET
BALINEVM. SOLO. SVO. CVM
PISCINA. ET. SIGNO. CVPIDI
NIS. EPVLO. DATO. ET. SPECTA
CVLIS. ADDITIS. D. S. P. D. D. STA EO– D.P.S.
TVAS. SIBI. ET. C. FABIO IVNIA
NO. F. SVO. AB. ORDINE. CAR
TIMITANORVM. DECRETAS. RE
MISSA. IMPENSA. AVIAS. STA
TVAM. ET. C. FABIO. FABIANO
VIRO. D. P. S. P. D.

al. coniunctio ET abest, & dictio VIRO.

Carthagenæ, *in monasterio Franciscanorum, marmore nigro.*

[1] P. SVLPICIVS Q. F. Q. N. COL. HIC SITVS EST ILLE PROBATVS IVDICIEIS MVLTEIS COGNATIS ATQVE PRIVIGNEIS

Ibidem, *in Conteſtanis.* Moral. 71.

[2] L. AEMILIVS M. P. M. N. QVIR. RESTITVT DOMO ROM QVI ET CARTHAGINENSIS ET SICELITANVS LACEDEMON ET ARCIVVS ET BATESTANVS SCRIBA QVAESTORIVS SCRIEA AEDILITIVS CIVIS ADLECTVS OE. H. AEDI LITATIS HOC OPVS TEST. ●VO F. I.

Ibidem, *circa macellum.*

[3] M. CORNELIVS M. F. GAL. MARCELLVS AVG. QVIN. MVRVM A PORTA TOPIL LA AD TVRRIM PROXIMAM PED. CXLVI ET VLTRA TVRRIM PP. XI. DD. F. C. I. Q. P.

Ibidem, *circa fontanam quandam.*

[4] OCTAVIAE M. F. LVCANAE DOMINAE OPTIMAE M. FVLVIVS GILO SCRIEO NIVS FIDVS PROC. EIVS L. DD.

Apud Carthag. *nouam.*

[5] IOVI OPTIMO MAXIMO
IVNONIQ. OXORI OE TRES ЯICTORIAS E TRI EVS MAXVMIS CARTHAGINENSIVM IMPERATO RIEVS PARTAS
P. ECIPIO VICTOR TEMPLON POSVIT APVO BASVLAM FLVVIVM HISP
DEVICTO HANNIBALE ET CAPTA CARTHAGINE ET AVCTO IMPERIO HOS CINERES MARMORE TECTVS HABES CVI NON EVROPA NON OESTITIT AFRICA QVONDAM RESPICE RES NOMINVM QVAM EREVIS VRNA PREMIT

* * * *

MARTI GRADIVO PATRI QVIRINI COLONI ROMANI NOVI NVMANTINI TEMPLVM EO LOCO EREERE QVO P. SCIPIO CASTRA AN TEA ROMANA HABVERAT SALIOSQ. CONSTITVERE KL. MARTIIS OROINE OECVRIONVM ET REGE SACRAMENTORVM OPERI PRAESIOENTE

Caſtuli. Moral. 225.

[6] CLAVOIVS CAESAR AVGVSTVS CERMANICVS P P CORNELIVS P. F. GAL. TAVRVS ET VALERIA P. F VERECVNOA CORNELIVS P. F. GAL. TAVRVS P. LVOIS IMPENSA SVA PACTIS O.

Piedra de Caſtulo. Moral. antiq. 13.

[7] L. ARGENTARIVS CELSINVS BAEBIA M. F. SABINA L. ARGEN TARIVS VALENS EX TESTA MENTO H. M. H. N. S.

Ibidem. Moral. 31.

[8] D. M. S.
CORNELIA VRSA MARITO IN COMPARABILI ET PIENTISSIMO IN SVIS. QVI VICSIT ANNORVM XXXX PATER NOMINE SVBITA NVS PILIORVM IIII VRSA CON IVX DOLENS ANIMO FECIT MA RITO INCOMPARABILI CVM SVIS FILIIS.

En el Alcaẓar de Monuiedro. Moral 29.

[9] al.ª ACILIO Q. F. Q. PRO.

"M ACILIO M. F. A. RVPO PRO CVRATORI CAESARVM CON VENTVS TARRACO NENSIS.

Habes hanc ipſam inſcriptionem infra inter Cordubenſes: & tertio, inter Saguntinenſes.

Caſtuli, *en Linares.* Moral. antiq. 60.

[10] VALERIAE CIPATINAE TVCCITANAE SACRVM COLONIAE PATRICIAE COROVEENSIS FLAMINI CAE COLONIAE AVG. GEMELLAE TVCCITA NAE FLAMINICAE SIVE SACEROOTI MVNICI PII CASTVLONENSIS

Ibidem.

[11] CHRISIS AN. XVI. PIA IN SVIS H. I. S. S. T. T. L.

Ibidem.

[12] D. M. S.
LICINIVS EVHODVS POST VER NACLAE CARISSIMAE ARAM PO SVIT PIA IN SVIS VIXIT ANN XXXV. S. T. T. L.

Ibidem.

[13] //// PORCIA //// MATER CORNELIAE SISEIAE PILIAE EVAE PECIT

Ibidem.

[14] C. CELSINIVS EX VOTO ARAM DEDD.

Ibidem.

[15] SACRVM LIEERO PATRI C. CRESCENTIVS EX VOTO ARAM D. F. D. D.

In domo Diego de Baeẓa. Moral. 60.

[16] D. M. S.
PARIDIAE ANN. XXII. C. VALERIVS PATER VALERIA IꞮALICA MATER

Ibidem.

[17] IVNIAE M. F. SEVERINAE CORNELIA P. SEVERA MATRI IMPENSA SVA POSVIT

Ibidem.

[18] AELIA Q. L. F. EARNA. L. IN FR P. XXXII A VIA IN ACR. P. XXX

Castuli. ἀκέφαλον.

[1] ///////////////////////////////////
FISCI ET CVRATORI DIVI TI. II. IN BAE
TICA PRAE. GALLECIAE PRAEF. FISCI
GERMANIAE CAESARVM IMP. TRIBV
NO LEG. VIII. FLAMINI AVGVSTALI
IN BAETICA PRIMO //////////////////
///////////////////////////////////

Ibidem.

[2] D. M. S.
MEMMIAE CARETOSAE VIC. ANN
LXXXX M III F F PIENTISSIMI

Ibidem.

[3] M. ATTILIO BVCONI F
ESTVNICENSI

Ibidem. Moral. 61.

[4] VNCINO SEVERO SAEPE VICTORI CAL
CEDONENSIS FORI VETERIS ROMAE

Ibidem, *in ecclesia maiore.*

[5] MARTI AVG.
Q. LVCRETI. Q. L. F. SILVANVS AVGVSTALIS OB
HONOREM DEORVM IDEMQVE DEDICAVIT

Castuli. *Memoriæ Cyriaci Anconitani.*

[6] CN. ET PVBLIO SCIPIONIB. E PATRI
CIA CORNELIORVM GENTE COMMV
NI PATRIAE IMPENSA CASTVLONEN
SES BENEFICIORVM MEMORES ARAS
ET TEMPLA AD XX PEDES DIVISA
EREXERE

In ciuitate Gades, *quæ nunc* Gaditz.

[7] SEX. ANNIVS SEX. F.
GAL. LVCANVS H. S. E.

Lucani poetæ de trib. Galeria.

Ibidem.

[8] MARTIALIS ANN. IIII. K. S.
H S. E. S. T. T. L.
L. ANNIVS MODERATVS

Meminit Columella lib. 9. c. 9.

Ibidem, *in domo Licent. Quadros.*

[9] L. FABIVS L. F. GAL. RVFFINVS
II VIR. PRAEF. IVR. DIC. AB DE
CVRIONIBVS CREATVS DD.

Ibidem.

[10] ANTARCYRVS AMICIS CA
RVS ET SVIS ANN XXXVII
H. S. E. S. T. T. L.

Ibidem, *in domo Petri Lamentij.*

[11] MVSCILIVS CARVS SVIS ANN
IIII. H. S. E. ET TE ROGO
PRAETERIENS VT LEGAS ET
DICAS SIT T. T. L.

Ibidem.

D. M.
[12] MARCIA LIBERTA IVVENIS
ANN. XXVIII ////////////////
////////////////////
SEMPER ET IN ORE EIVS
K. S. H. S. E. S. T. T. L.

Piedra de Montoro. Morsl. antiq. 14.

[13] Q. DOMITIVS Q. L. MA
CER CONSABVRENSIS
L. P. IN FRONT. XV. IN
AGRO P. XX.

Ibidem.

////////////////
////////////////
[14] RES. PVB. EPO
RENSIS EX
DECRETO
ORDINIS

Ibidem.

[15] LVPAE ROMANAE M. VALERIVS
PHOEBVS VIVIR AVG
CVI ORDO MVN. EPOR. OB MERITA CENIS
PVBLICIS INTER DECVRIONES LVDIS IN
SERTIS ////////////////////
/////////////////////////

Castuli. *Piedra de* Porcuns, *in ecclesia S. Benedicti.* Moral. 25.

[16] C. CORNELIVS C. F.
C. N. GAL. CAESO
AED. FLAMEN IIVIR
MVNICIPII PONTIF.
C. CORNEL. CAESO F.
SACERDOS GENT.
MVNICIPII SCRO
FAM CVM PORCIS
TRIGINTA IMPEN
SA IPSORVM
D D

Ibidem. idem, 31.

[17] M. PORCIVS M.
HEREDIBVS MANDO ETIAM CINERE VT /////// meo
VOLITET MEVS EBRIVS PAPILIO IPSA OSSA TEGANT MEA
SI QVIS TITVLVM AD MEI NOMINIS ASTITERIT DICAT ////
AVIDVS IGNIS QVOD CORPORE RESOL /// u
TO SE VERTIT IN FA //// villam

Celtiberiæ. *In æde Dianæ sacra.*

[1] SEMPRONIVS LVSCVS SABINVS CARTHA
GINENSIS TEMPLON EO LOCO FECIT
QOO CASTRA ROMANA FVERANT OC
TAVO POSTEA ANNO QOO P. SCIPIO
CARTHAGINEM NOVAM CAEPIT ANTE
QOOD MEOM SEPVLCHRON FECI
QOOD HEREDES NON S. SOLA VXOR
E LELIA SEQVATVR QOAE ƎIƎA
REMANSIT CHARIOR MIHI ƎITA MEA

Videtur fuisse in agro Tarraconensi. vide Tarracone inscript. C. Licinii.

Ceretani. *In montibus Pyrenæis.* Moral. 202.

[2] AVGVSTO TERRA MARIQ
VICTORE ELIMINATIS SA
CERDOTIB. BONAE DEAE
ET COLLEGIO SEPTEM
EPVLONVM COMMVNI PO
PVLI SENTENTIA EXCLV
SO CERETANI TEMPLVM
VICTORIAE AVG ~ D ~ D ~

Ceretani Vasconum Hispanica gens, Iuliani & Augustani Plinio, vbi est Puigcerda op. Cataloniæ aut Cerueria.

Ibidem.

[3] CERETANI BELLO VICTI ET VIRTVTE
MAGNI POMP. SERVATI STATVAM EX
AERE AVRATO EQVESTREM CVM SEM
PITERNA PATRIAE OBSERVANTIA
IN MEDIO FORO POSVERE

Cisimbriæ. *Piedra de* Cabra, *quæ nunc* Zambra, *olim* Cisimbria. Moral. antiquit. 19.

[4] C. VALERIVS C. F. GAL. VALERIANVS
CISIMBRENSIS IIVIR PONT. PERPE
TVVS PORVM AEDES QVINQVE
SIGNA DEORVM QVINQVE STATVAS
AEREAS SVA IMPENSA DEDIT
DONAVIT
FLAVIA VALERIANA NEPTIS HAERES
EPVLO DATO DEDICAVIT

Busbequius HERES. & ita fere passim vbi hæc dictio recurrit.

Cordubæ. *Olim* Colonia patricia, *Lucani & Senecæ patria.* Moral. 194.

Ad S. Francisci, in columna quadam.

[5] IMP. CAESAR DIVI
F. AVGVSTVS COS.
XIII TRIB. POTEST.
XXI PONT. MAX. A
BAETE ET IANO
AVGVSTO AD
OCEANVM
LXXI
CONSTANTIAE
AETERNITATI
QVE AVGVST

Eadem inscriptio reperitur etiam in æde D. Nicolai in fragmento columnæ quæ sustinet aquam benedictam.

Cordubæ. *In ecclesia maiore.*

[6] IMP. CAESAR DI
VI. AVGVSTI F. D
IVLI NEPOS AV
GVSTVS PONTV
FEX MAX. COS.
V IMP. TRIB. PO
TEST. XXXVII AB
IANO
AVGVSTO QVI
EST AD BAETIM
VSQVE AD OC
CEANVM ⊥XIIII

Ibidem. Moral. 327.

[7] D. N. CORNELIAE SALONINAE
AVG. CONIVGI D. N. IMP. CAES
P. LVCINI GALIENI PII FEL
ET INVICTI AVG. DACICI
MAXIMI GERMANICI MA
XIMI TRIB. POTEST. IIII
COS. III. IMP. III. PP. PROCOS
PROVINCIAE BAETICAE DEVO
TI NVMINI MAIESTATIQ
EIVS CORD. //////////////////

Ibidem. Moral. 382.

[8] FORTISSIMO ET INDVLGEN
TISSIMO PRINCIPI DOMI
NO NOSTRO CONSTAN
TIO VICTORI PERPETVO
SEMPER AVGVSTO
DECIMIVS GERMINIANVS VIR CLA
RISSIMVS CONSVLARIS PROVIN
CIAE BAETICAE NVMINI MAGES
TATIQVE EIVS DICATISSIMVS

In Veina *pago* VIII *milliaribus a Corduba.*

[9] D. M. S.
HELAERIA
NVS ANN
ORVM XII
HSESTTL.

Ibidem.

[10] TERENTIVS
CHRYSOGONVS
ANN. XXXIIII
HSESTTL.

In ponte fluuij Pinos, *inter Cordubam & Granatam.*

[11] TI CAESARI DIVI
AVG. F. DIVI IVLI
N. AVGVSTO PONT.
MAX. TRIB. POTEST.
XXVIII COS. IIII

Hanc ita descripsit Carolus Clusius multo integrius.

[12] TI. CAESARI. DIVI. AVG. F. DIVI. IVLI. N
AVGVSTO. PONT. MAX. TRIB. POT. XXIIX
COS. IIII IMP. VIII AVGVRI. XV. VIRO. S. F.
VII VIRO. EPVLON
T. PAPIRIVS. SEVERVS D. D.
Q. MARCIO BAREA
T. RVSTIO NVMMIO GALLO CoS

Cordubæ. *In ponte fluuij* Piuos, *in lapide ad parietem domus.*

[1] L. FABIO L. F. GAL.
CAPITONI
AMICO OPTIMO
RO CI IANVS

Ibidem.

[2] DECRETO ORDINIS
ILVRCONIENSIS
A. F.

Paulo infra legitur ILLVRCONENSIS.

Ibidem.

[3] PERPETVO LONGINI
F. ILVRCONIENSI

Ibidem, *iuxta hospitale.*

[4] PROCVLO
OCTAVIVS
PRISCVS
FRATRI
TESTAMENTO
PONI IVSSIT

Vllæ, *nunc* V'ia antiqua, *circa* Cordubam
ad portam Ecclesiæ. Moral. 186.

[5] P. AILIO P. F. FABIANO
PATRI AED. IIVIRO
PRAEF. ITERVM PONT.
SACRORVM FLAMENI
DIVI AVGVSTI

Ibidem.

[6] M. AGRIPPAE
PATRONO

Alibi.

M. AGRIPPAE
M. F

In Villa Castro *dicta*, *circa* Cordubam *antiquam*,
est ecclesia S. Sophia, olim Vespas. Imp. dedicata.
Moral. 275.

[7] SACRATA DOMVS AVGVSTO
M. CLODIVS PONT. DESIG. CVM ANIA
ET M. CLODIO RVSTICO ET CLODIO
MARCELLO F. IMP. CAES. VESPASIANO
AVG. D. S. P. D. D.

Busbeq. VESPASIANI.

In monte Celeo *II. miliarib. a monte maiore, in*
domo Ferd. Petrosi.

[8] HIC IACET M L C. QVI HANC CIVITATEM
VLLAM ET POPVLOS SVOS XXX GVBER
NAVIT ANNIS IN PACE.

Antiqua inscriptio non videtur.

Piedra de Seuilla *en la calle de la Sierpe.*

[9] Q. FABIVS Q. F.
QVIRINA FA
BIANVS ILLVR
CONENSIS IDEM
PATRICIENSIS AN
NORVM XXXXIIII
PIVS IN SVIS
H S E S T T L

Cordubæ.

Moral. antiq. 12.

D. M. S.
[10] M. LVCRETIVS
VERNA
PATRICIENSIS
ANN. LV.
PIVS IN SVOS
H. S. E.
SIT. T. T. LEVIS.

Ibidem, *a la puerta de S. Pablo.*

[11] DIIS MANIBVS SACRVM
POMPONIAE Q. F. TVSCA
AVFIDII

Ibidem, *in Ecclesia S. Benedicti de Porcuna.* Moral. 13.

[12] L. PORTIVS. L. F. GALERIA. STI
LO. OBVLCONENSIS. AN. LXV
AEDILIS. IIVIR. DESIGNATVS
P. I. S. H. S. E. S. T. T. L.
HVIC. ORDO. PONTIFICENSIS. OBVL
CONENSIS. LOCVM. SEPVLTVRAE. IM
PENSAM. FVNERIS. LAVDATIONEM
STATVAM. EQVESTREM. DECREVERE

Ibidem. Moral. antiquit. 14.

[13] L. IN. FR. P. XV. L. IN. AG
P. XV. C. POMPONIVS
C. L. LICINVS H. S. EST (LICINIVS Busbeq.)
PHILOMVSVS L. CIP
PVM. DAT.

En fuente Oueiuna, *olim* Mellaria, *lugar de tierra de*
Corduba. *Vide supra in* Beturia. Idem 19.

SEMPRONIAE VARILLAE
HVIC MELLARIENSES. LOCVM SEPVLTVRAE
